Das letzte in diesem Bande ist Dublette

2)

ADDENDA
AD
EXPOSITIONEM
JURIUM EORUM
QUI
DISSIDENTIUM
NOMINE VENIUNT
SUMMARUMQUE POTESTATUM
QUARUM PARTES ILLORUM TUERI INTEREST.

PETROPOLI
MENSE DECEMBRI 1766.

Nihil adhuc prodiit contra jura Diſſidentium præter ſcriptum ſequens, cui Obſervationes adiectæ juſtum ſtatuent pretium.

Non ſolum Diſſidentes, ut tolerentur in republica, flagitant, ſed ut ad dignitates quoque admittantur, quibus nonniſi dominans gaudet religio. Quæ quidem prætenſio cum pluribus abſolvatur partibus, diſtinctionem inſtituere accuratam operæ eſt pretium.

Tolerari illi in republica volunt, ſive quod idem eſt, ut libere & absque periculo cultum obſeruent religioſum, cui ſe addixerunt, ut doctrinæ diverſitas, nulli ipſos exponat perſecutionis metui; ut denique legum præſidio emolumentisque, quæ communia civibus ſunt, frui ipſis liceat.

Profecto prætenſio ea in ſe ſpectata, nihil, quod illegitimum ſit, in ſe continet Ipſa quippe natura cum omnibus hominibus æquale ad res easdem jus conceſſerit, non poteſt non probare, quidquid conſtituendæ huic æqualitati inſervit. Tantum quoque abeſt, ut civiles inſtitutiones quæ naturæ legibus, congruunt, tolerari diverſas religiones vetent, ut potius ad ſalutem rerumpublicarum promovendam tolerari eas maximopere ſuadeant.

Si quis ſupponat, tolerari Diſſidentes in Polonia velle, is neque illorum, neque reipublicae unquam cognovit ſtatum. Homines illi et cives, harumve qualitatum eſſentialium jacturam nullo ſuo meruerunt crimine. Nihil regeri ipſis juris ſpecie poteſt præter vim ſolam, quae ut ſpoliavit eos juribus, ita tenere ſub jugo continuo pergit. Nihilne amplius requiritur ad abolenda jura, quae naturae poſſident beneficio, quae leges Reipublicae fundamentales iisdem confirmarunt, quae proprio obſignare ſanguine non dubitarunt, quoties, demumcunque adducta ſalus patriae in diſcrimen erat? Nunquam id nobis vel ſumma ingenii vis, vel quicquid fingere imaginatio poſſit, perſuadeat; quamvis efficere id tentaverit Auctor commentationis, quam refellere jam in animo habemus. Satis quidem honeſte primum conceditur, nihil, quod illegitimum ſit in praetenſione apparere Diſſidentium. Immo totum conceditur argumentum, cum omnia, quae competunt ipſis, *Tolerationis* vocabulo includi videantur. Quodſi enim rite perſpiciatur, quid velint, cum *emolumenta communia ciuibus* deberi ſibi affirmant, apparet, in eo, quod ſibi expetunt, tum libertatem ſacrorum, tum civilia omnia jura ſimul eſſe comprehenſa. Ipſa quippe natura ſi condidit haec jura, neque huic illive cultui ſoli vindicavit, ſi civiles inſtitutiones, qualescunque ſint, probare calculo ſuo hoc libertatis genus poſſunt; Conſtitutio quoque, quae Reipublicae propria eſt, Diſſidentibus, quorum religio eadem hodie eſt, quae olim fuit, illud decrevit jurium, quae communia cum reliquis habebant, firmiſſimum robur, ut deſiderari firmius nihil poſſit.

 Ne-

Neque tamen eas ob cauſas oblivifcendum unquam eſt, neceſſe eſſe, ut dominans religio quibusdam gaudeat auctoritatis ſuperioris notis, quibus diſtingui ea ab aliis poſſit, atque ex quibus intelligatur, quæ ſit reipublicæ ſimulque ſupremi principis religio. Itaque limitibus coarctandus religionum toleratarum faſtus, neque permittendum, ut dominantem illam æquare pompa exterioris cultus ſui conentur. Si quæ toleratur ſecta, liberum illi eſto, obſervare ritus, quæ naturam ejusdem conſtituunt religionis, eaque cum dignitate, quæ objecto conveniat cultus, absque tamen oſtentatione iſta, quæ magis exſatiare faſtum animumque elatum amat, quam dictamen ſequi mentis conſciæ ſibi zeli genuini, pietatisque non fucatæ. Atque in eo, me quidem judice, verſatur, quidquid tolerationis tum fundamenta, tum vero limites concernit.

Abſit tamen, ut ex iis, quæ dicta hactenus ſunt, colligi legitima ratione debeat, tolerandos in Polonia Diſſidentes jure quodam abſoluto eſſe, idque flagitare eos tanquam rem ſibi debitam poſſe, nulloque juris titulo negandam. Quæ pro tolerandis religionibus prolata a nobis in medium ſunt, nonniſi ex utilitate, quæ inde ad rempublicam quamvis redundat, derivantur, eoque tantum valent, ut perſuadeant Nationi Polonæ, descendere humaniter ad preces Diſ-

Huic ſuperſtructum eſt fundamento jus publicum nationale, quod pacto nititur inter membra aequalia ſtatus liberi inito. Quod revocare in memoriam neceſſe eſt auctori, qui hoſpes aliquando in patriae ſuae hiſtoria vult videri, qui tantum ratiociniorum ſuorum tribuit ſubtilitati, ut operae pretium haud exiſtimet, anxie factorum veritatem inveſtigare, qui apud animum ſuum conſtituiſſe videtur, praeferre ſtyli elegantiam ponderi et momento argumentorum. Non eſt quod imitari eum velimus. Eum ſolum obſervare conſtituimus ordinem, ut, quantum fieri poteſt, ad ſingulas ejus reſpondeamus propoſitiones.

Si religionis dominantis nomine condecoranda eſt, quae plurimos habet ſectatores, Catholica omnino pro tali in Polonia eſt habenda. Habenda quoque pro religione ſupremi Domini, ſi poteſtas ſuprema in Regis perſona et Senatu eſt ſita. Haec vero ſuprema poteſtas cum non niſi Ordini Equeſtri in comitiis congregato competat, et adeo praeterea a conſiliorum pendeat unanimitate, ut unus aliquando nobilis omni eam activitate privare potis ſit, non tam Catholicae religioni titulus iſte ſplendidus certo competit, quam quidem primo intuitu apparet. Sed demus, quaeſo, carere fundamento, quae nunc a nobis evicta ſunt. Si omnino Catholica religio ſupremi principis eſt religio et dominans, num praeter emolumenta mere civilia aliis diſtingui non poteſt notis, quae ſuperiorem ejus monſtrent auctoritatem? Num extolli ea nequit, niſi in gratiam ejus ſpolientur cives omnibus, quae naturam conſtituunt civium? Si parum cum principiis fidei Chriſtianae is modus, conciliandi honorem religioni, combinari poteſt, multo quoque minus probari in inſtitutione civili debet, quae civium aequalitatem fundamenti ponit loco.

Quoniam periculo non caret ſuperbia, obices illi ponere prudentia jubet.

ſidentium. Quod enim una ex parte rationes ab utili ductæ ſvadent, adverſæ parti ius non concedit omnibus numeris abſolutum.

Hæc ſunt quæ expendenda ad cognoſcendam accurate priorem prætenſionis Diſſidentium partem erant. Iam poſteriorem videamus.

Expendendum hic nobis incumbit, an frui Diſſidentes omni emolumentorum genere debeant, quorum religio dominans gaudet poſſeſſione.

Non ea Diſſidentibus mens eſt, ut gratiam ſibi expetere videri velint. Juribus ſe efferunt, quæ tum auctoritate nitantur legum reipublicæ, tum pactorum cum exteris ſanctitate, denique poſſeſſionis antiquæ jure.

Sit igitur, leges eam vim habere, ut obligare comitia poſſint, (in quod inquirendum tamen in ſequentibus erit) negari omnino nequit, permiſſionem cultuum diverſorum, pacem atque ſecuritatem Diſſidentium lege haud una eſſe conſtitutam. Tantum vero abeſt, ut legibus ſe tueri poſſint, quæ jus ad munia illis publica largiuntur, ut potius a ſpe potiundorum illorum expreſſis regni legibus arceantur. Lata quippe anno 1424. regnante Vladislao Jagellone lex, jubens haberi pro reo læſæ Majeſtatis omnem hæreticum hominem,

Non cadit illa in conditionem inferiorem; porro aequalitati non convenit: ſola ſuperior auctoritas exſerere illam amat, quod multis docetur, iisque triſtiſſimis, exemplis. Tantum vero abeſt, ut Diſſidentes, quos miſeranda, in qua verſantur, conditio a ſuperbiae ſuſpicione abſolvit, parti adverſae ſint aequales, ut potius nunquam ſuperiores ſint futuri, immo nec eſſe velint.

Aemulatio, quae anima eſt omnium rerumpublicarum, Diſſidentibus inſpirat deſiderium, adſpirandi ad altiora, idque eodem quo alii jure, quibus dignitate ſunt pares atque cum quibus communi utuntur civitatis jure. Religio, quam quis profitetur, ſortem ipſius figere nequit. Id monuiſſe ad convincendos animos ſufficiat, Equites Polonos, quorum congregatio conſtituit Statum, Rempublicam, ſupremamque poteſtatem, junctos eſſe vinculis inſtitutionis mere civilis et politicae, nullius vero ſpiritualis, quam vocant, auctoritatis; corde, inquam, non conſcientia junctos.

Princeps ſupremus agens cum ſubditis ſuis, ponit ipſemet tolerationis fundamenta, quam gratia motus concedit, quosque vult illi limites figit. Ut omnia hic a gratia ejus unice pendent, ita actionum ipſius norma utilitas eſt propria, quae vim tantum perſuaſivam habet, nullumque conſtituit jus abſolutum. Hoc nemo eſt qui neget, ſed num affirmare quis audeat, quadrare haec in Diſſidentes poſſe?

Cives hic apparent, qui jure aequali ad patrium ſolum communemque libertatem fruuntur, qui divelli a corpore reipublicae nolunt, cujus ſecuritas, felicitas et gloria aeque ad eos ac reliquos cives pertinet. Apparent membra ſupremae poteſtatis, quae ac reliqua ſe convertunt membra, vinculorum, quibus uniuntur, poſtulantia inconcusſam firmitatem. Illorum

vel ſuſpectum hæreſeos, vel fautorem ejusdem, aut propagatorem: jubens porro bona ejus, ſive mobilia illa ſint, ſive immobilia, vindicari fisco regio, poſteros tum mares tum fœminas privari ſucceſſione & honore, absque ſpe potiundi unquam muneris publici; infamiæ tandem notam iis inurens, æque ac ipſorum majoribus, & exuens omnibus, quæ ordini equeſtri competunt, privilegiis. Conſt. Vol. I. fol. 85. Bellum quoque anno 1439. regnante Vladislao III. indicitur omnibus, qui hæreſeos extiterint fautores. Conſt. Vol. I. fol. 140.

En leges quam maxime claras & poſitivas, prius adverſus Disſidentes latas, quam quidem extiterint in Polonia Disſidentes. Quod poſtremum obſervandum ideo eſt, quoniam ad conſtituendam legis ipſius vim genuinam apprime eſt neceſſarium. Si poſt introductam in Polonia proteſtantium religionem lata ea fuiſſet, obiici haud immerito poſſet, conſtitui Disſidentibus, qui defecerint a fide ante legem latam, pœnam delicti, quod lege adhuc vetitum non esſet. Sed anno id accidit 1424. puta, 125. annis antequam ſtudioſi Cracovienſes indignantes judicibus, quod non majori juris rigore mortem ulti esſent, quorundam ex ipſorum conſortio, Pragam verſum fuga ſe corriperent, & per Germaniam diſperſi, Proteſtantium dogmata

nolle audire deſideria iisque ſatisfacere, quid eſt aliud, quam vincula rumpere ſocietatis reſtituere quemque in ſtatum primitivae libertatis, ipſiusque committere arbitrio, quo demumcunque modo conſultum optime ſaluti ſuae putet. Injuſtum eſſet velle, ut careat quis emolumentis, quae redeunt ex ſocietate, officia autem, ad quae obligatur, in omni ſuo ſubſiſtant ambitu.

Non curant Disſidentes, cum deſideria ſua exponunt, uſurpationes Catholicae Eccleſiae, ſed posſesſione ſe tuentur et juribus quam maxime authenticis. Si, quae ipſis leges conceſſerunt, emolumenta, ad ſolam cum iis pacem conſervandam reducuntur, ſi auctoritate eſt ſtandum proſcriptionum Vladislai Regis, quae in annos incidunt 1424. et 39. hoc quid aliud eſt, quam evolvere codicem legum pagina, quae pro nobis facit, eandemque abjicere, ſi, quod nollemus ei ineſſe, illic deprehendimus. Num exſculptum ex codice privilegium eſt Sigismundi Auguſti, quod, quoniam confirmatum eſt et comitiorum auctoritate, et ſeculi integri cum dimidio executione, omnem obtinuit ſanctionem, quam nanciſci lex Status poteſt?

Haec demum lex eſt, ex cujus argumento judicare accurate de vera Disſidentium conditione valemus. Neque tradendum unquam oblivioni e Natione Polona, quod eodem quo condita lex iſta fuit tempore, forma regiminis, quae ad hunc usque diem ſubſiſtit, ſimul fuerit conſtituta. Ut adeo, ſi generatim libertas ſacrorum qualitati quaſi inhaeret hominis et civis, eadem libertas ſingulatim Disſidentibus ſtipulata una cum jure obtinendi publica munia, referri ad fundationem ipſius reipublicae debeat. Idem igitur quod Disſidentium libertatis, eſt quoque libertatis univerſae reipublicae initium. Regnum hoc junctum Lithuaniae coepit, Sigismundo Auguſto regnante, qui unioni Status

imbiberent, eaque in patriam reduces divulgare paſſim & diſſeminare conarentur.

Sed dicat quis, legislatorem hæreticorum nomine indigitare non potuiſſe Disſidentes, nondum eo tempore in orbe viſos. Reſponderi merito poteſt, legem, cum condemnaret diſcipulos Pragenſis Academiæ, condemnaſſe quoque Lutheri & Calvini aſſeclas, quorum doctrina eadem cum Vicleſi, Huſsi & Hieronymi Pragenſis dogmatibus eſt cenſenda, qui primas in Europa turbas ad tentandam adverſus ſedem ſanctam ſeditionem excitarunt. Hoc ipſum autem, in quo Disſidentes omnes conveniunt, conſtituit in omnibus religioni Catholicæ addictis regionibus hæreſin primi ordinis. Lex igitur, quæ damnavit hæreſin, damnavit quoque dubio procul omnes, qui jugum excuſſerunt Romani Præſulis. Nullum itaque dubium reſtat, quin, cum poſt abolitum Paganismum Catholica fides fuerit religio primitiva nationalis & dominans in republica, leges ſupra adductæ non concedant amplius cuique civi deficere ab illa impune, omnisque apoſtata, bellum legibus reipublicæ faciens, ſponte ſubeat pœnam ignominiæ dictatam ipſi.

Latis primis his legibus fundamentalibus, non ſiluit legislator, repetitisque in fautores ſchismatis ſævit vicibus. Mortuo Sigismundo

utriusque ultimam impoſuit manum, Respublica eſſe libera et independens, formam regiminis ſui conſtituens, legesque, quibus in poſterum regeretur, ipſamet ſibi condens. Hoc ipſo temporis puncto cives omnes diverſarum religionum, quae ſedem in Polonia fixerant, animis juncti in comitiis, conſecrarunt in depoſito legum patriæ jus hoc naturae, libertatem hanc perfectam, eamque aequalitatem, quae competit hominibus; decernentes unanimi conſenſu, ut nulla inter ipſos religionis cauſa esſet differentia. Dum ignorabatur adhuc, quae eſſet vera reipublicae ſalus quaedam ſubreptitie ſe inſinuarunt exceptiones faventes Romanae curiae, ſed reddita ſapientior natio abolere non ſolum easdem, verum etiam ſtabilire aequalitatem perpetuum ſatius duxit. Num res tam gravis momenti praeteriri oblivione potuit ab Auctore, qui cumulat objectiones, ut reſtitutioni Disſidentium ſe opponat? Quo pacto ſilentio tegi lex potuit quae ordinem naturae una cum jure civium reſtituit, cum priſtinae illae proſcriptiones ſectarum nihil cum religione Disſidentium commune habentium, in medium fuerint productae? Articuli duo, quibus Reges, qui ante Sigismundum rebus praefuerant, vindicaverant, honores et dignitates in republica conferendas ſolis hominibus Romanis ſacris addictis, hic recogniti corriguntur, eoque explicantur ſenſu, qui conſtitutioni regiminis in Polonia conveniebat. Nulla hic gratia Regis, nihil hic ſubreptitie in cauſa religionis actum, nihil tandem praeter vota nationis liberae, flagitantis unanimi conſenſu reſtitutionem aequalitatis.

Privilegium Sigismundi Auguſti ſaepius poſthaec confirmatum, cujus ſumma Expoſitioni jurium adjecta legitur, typis expresſum dudum exſtat, nec fieri poteſt quin innotuerit quoque Auctori noſtro.

Videre ipſi licebit, ex quo manaverint fonte privilegia Disſidentium inſerta

Augusto, videntes Ordines Confœderati, dogmata Reformationis haud paucos in partes suas traxisse, non obstante legum rigore, mente prætereа perculsa volventes truculenta bella, quibus in Germania persecutio ansam dederat, decreverunt non permittere, ut quisquam religionis causa in jus vocaretur; utque tranquillitati publicæ fortius caveretur, inserta Pactis Conventis Regum nostrorum hæcce verba: pacem cum Dissidentibus conservabimus. Idem metus rempublicam mouit, ut repetitis vicibus securitatem personarum ac bonorum Dissidentium confirmaret: cujus rei testes sunt Confœderationes annorum, 1632. 1648. 1668. 1674. Neque tamen ulla est, quæ adspirare illis ad munia publica obeunda permittat.

Regnante Augusto II. Tractatus Varsauiæ conclusus, (Petro Magno sanctionem ejusdem spondente) vetat custodi sigillorum munire sigillo Reipublicæ, si quid Regis gratia obtinuerint Dissidentes.

Mortuo Augusto II. pollicetur Confœderatio Generalis Varsauiensis Dissidentibus securitatem bonorum & personarum æqualitatem, hac adjecta limitatione, ut nulla iis competat activitas in comitiis ac tribunalibus, neque muneribus publicis adhibeantur. Atque idem confirmauit Confœderatio anni 1764. Regem denique hodie reg

Codici Constitutionum fundamentalium Reipublicae, eorumque in gratiam a natione libera et independenti concessa. Cives illi Reipublicae fuerunt agniti, jus illis ad munia omnia publica datum, aequalitas porro auctoritate supremae potestatis decreta, qua privari praetextu nullo poterant, qui membra ejusdem erant corporis.

Num minus tum, quam hodie observamus, floruit respublica? Ex quo Catholica religio ad se rapuit omnes administrationis partes, an beatior Polonia esse coepit, an majori intra fines regni usa est tranquillitate, potiori apud exteros polluit auctoritate, quam cum Dissidentes, adscripti patribus patriae, quicquid zelus ingenuus et consiliorum prudentia valebant, ad publicam sedulo conferrent felicitatem? Hic apud Auctorem nostrum, satis caeteroquin disertum, altum silentium. Si, factum esse, affirmasset, laudandus forte fuisset, quod novam rem parumque cognitam produxerit in lucem? Mirum omnino, quod neglectis subsidiis ex recentiori historia ductis, ad meras confugiat speculationes abstractas, ut evincat, unam in republica religionem saluti ejusdem quam maxime conducere.

An ponderis quicquam natio Polona tunc tribuit proscriptionibus utriusque Vladislai, Regum? et qui demum ii erant, quos proscriptiones dictae tangebant? Studiosi, qui fuga se proripuerant, praedicatores vagabundi, obscuri homines, quos conamina periculo non carentia suspectos reipublicae reddebant, qui turbas in statu aeque civili ac in religione excitabant. Eam igitur proscriptionem an extendere ad religionem liceat, quae incognita adhuc reipublicae erat? Quae demum instituti comparatio potest sectae quorundam obscurorum hominum, qui moribus praeterea perversis utebantur, cum religione quam adoptarunt imperia potentissima, ac quae dignitate nec minimum cedit Romanae communioni.

nantem obligant Pacta Conuenta ad observandas Constitutiones dictas respectu Dissidentium.

Probatum jam Constitutionibus fideliter citatis dedimus, obstare leges Reipublicæ Dissidentium ambitioni. Si autem quam maxime iis faverent, ut certe non favent, nulla tamen ipsorum foret auctoritas, quod ad comitia attinet, quæ nullarum legum agnoscunt vincula. In comitiis quippe sita est vis omnis potestatis legislativæ. Fieri autem non potest, ut Legislator se ipso invito mancipium evadat legum a se conditarum. Quo jure statuere leges potest, eodem quoque abolere ipsi eas licet. Utrumque pari nititur fundamento, ut adeo ultima comitiorum voluntas ipsa sit suprema lex, omnemque antecedentem & contrariam voluntatem actus recentior aboleat. Quodsi antiquiores leges vigorem pristinum servent, confirmatæ silentio recentiorum censentur. Paucis ut absolvamus, sunt comitia absolutissimus & maxime legitimus Despota; atque inde est, quod cura, quam impendunt Dissidentes citandis Constitutionibus (eaque cura haud incongrua foret, si causam coram Rege, senatu ulloque alio judicio agerent, juramento ad legum obseruationem adstricto) omni prorsus careat utilitate, simul ac causa ipsorum a Legislatore ipso judicatur.

Sponte sua ruit argumentum inde ductum, quod praecesserit proscriptio ista introductionem Religionis Protestantium; absurdum enim proscribere rem nondum existentem. Porro dum Auctor conatur tribuere tali proscriptioni auctoritatem anticipativam, rogandus a nobis est, ut moderatius de fundamentis judicare discat, quae gratis religioni Dissidentium substernit. Nititur illa Evangelio ipso puro Dei verbo, non vero opinionibus humanis, omnisque, quem habuit, successus inde est derivandus, quod veritas ejus aperte curiae Romanae sit ob oculos posita. Loqui de *seditione, turbisque eam excitationibus*, modestiae non est, nec excusari potest, si de religione adoptata a tot tantisque Principibus instituitur sermo. *Iugum* Romani Praesulis dicendi genus est tam Catholicum quam quod maxime, sed nimium a scopo nos diverteret, si inquirere in originem hujus jugi vellemus, progressus, abusus, diversasque machinationes, quibus impositum primo et stabilitum deinceps fuit. Non irascimur illis, qui opinionibus hisce obsoletis, quarum ducuntur reverentia, adhucdum patrocinantur; sed, si forte contemnere lucem malint, qua collustrarunt recentiora secula orbem, hanc tamen, quaesumus, gratiam nobis faciant, ut suis tacite gaudeant opinionibus, neque sermone mentem suam exponant, qui Monachos quidem deceret, cui vero Dissidentes respondere haud necessarium existimabunt, quoniam jura sua et aequalitatem civium nolunt in numerum controversiarum theologicarum referri, quae vel infaustum vel eum plerumque exitum habent, ut aeque incerti adhuc haereamus. Sortem illi suam fixam legibus et determinatam volunt. Vinci in Polonia Graecam religionem a Catholica antiquitatis praestantia, largiri nullatenus possumus. Integrae quinque Provintiae Graecum continuo observarunt ritum, neque eam ob causam minori in existimatione fuerunt in republica: ut adeo Graeca religio aequo ad minimum cum Catholica jure Religio sit status et primitiva.

Provocant porro ad Tractatus; quorum ſponſionem exteri Principes in ſe ſuſceperunt. Vincula omnino hi tractatus ſunt, quorum nec vult nec poteſt Natio Polona excutere jugum, quorumue integram executionem jure exigere Principes paciscentes poſſunt. Quod majus eſt, in eo illorum verſatur gloria, ut infringi jura non patiantur, quibus ſanctionem ſponſione ſua dederunt. Abſit ut talia negemus principia, quæ, ſi oppugnarentur, vindicanda a nobis forent.

Hos jam examinemus Tractatus; in quibus agi de Disſidentibus creditur.

Primus, qui nobis ſe offert, Tractatus eſt Velavienſis, concluſus anno 1657. inter Joannem Caſimirum, Regem Poloniæ, & Fridericum Guilielmum, Electorem Brandeburgicum. Vi hujus Tractatus Elector Brandeburgicus, qui hucusque Pruſſiam Ducalem feudi, quod dicunt, jure a Polonis tenuerat, ſupremum ejus dominium pro ſe & maſcula ſtirpe obtinet. De ſola igitur hic Pruſſia Brandeburgica agitur, & præterea unicus articulus, qui concernit religionem, videlicet *Art. XVI.* non ſolum nullam Disſidentium facit mentionem, ſed unice quoque inſeruit ſtabiliendis in Pruſſia Brandeburgica privilegiis Religionis Catholicæ.

Si mortuo Sigismundo Auguſto, non obſtante ſeveritate legum, reformatio progresſus tam ſtupendos fecit, utrum ſperari poteſt, rigorem intenſum plus nunc valiturum contra religionem ſtabilitam, quae radices ab aliquod jam ſeculis altas egit, cuique exemplum tot Statuum florentium auctoritatem conciliavit? Num creditur, homines, quibus vim inferre conſtitutum eſt, deſiisſe homines esſe.

Citatio formulae: *pacem cum Disſidentibus conſervabimus*, exactior eſſe debuisſet. Hac enim juramenti formula uſi ſemper Reges ſunt: *pacem et tranquillitatem inter Disſidentes tuebor. Inter* aequalitatem religionum ſupponit, ut Confoederatione anni 1573. ſtabilita fuit. *Cum*, alio obtinet ſignificatu, et tacite innuit; Disſidentium nomine ſolas religiones Graecam, Reformatam et Lutheranam intelligi. Si ſtudio Catholicorum aliquando mutata formula dicta fuit in Confoederationibus ex parte ipſorum initis, male illa hodie citatur loco ſtipulationis originalis, idque eum in finem, ut mutato ſtatu controverſiae, credatur, nunquam Disſidentes jure aequali ad legislativam poteſtatem esſe uſos, ſemperque Catholicis inferiores fuisſe. Formula, ſupra adducta reſpicit ad conſtitutionem antecedentem, qua, quod monuimus jam, ſtatuerat Reſpublica, diverſitatem religionis nemini in capesſendis muneribus publicis obſtare debere. Pax autem conſervat res in eodem, quo fuerant antehac, ſtatu. Cum Disſidentes, juramento hoc nondum introducto, jam posſiderent munia et dignitates Reipublicae, quo jure ſpoliari posſesſione queunt, quamdiu *pax cum iis* revera conſervatur? Dignitatum in Confoederationibus adductis nulla fit mentio, quoniam res juris erant, et cives aequales ſecum invicem deliberantes de ſalute Reipublicae, ſingulatim non exponebant, quae huic illive conditio conveniret, quod notum jam et ab ipſis libertatis publicae in-

Tractatus Olivenſis anni 1660. initus fuit inter Joannem Caſimirum, ejusque fœderatos, & Carolum XI. Sueciæ Regem, præſtante ejus cautionem Ludovico XIV. Summa hujus tractatus huc redit, quod Caſimirus renunciaverit juri ſuo in Sueciam, & Livonia Suecis ſit ceſſa.

Articulorum II. & IV. agunt de religione. Secundus nonniſi urbes Pruſſiæ Polonicæ concernit, quæ in poteſtate fuerant Suecorum, quarumve in civilibus & eccleſiaſticis confirmantur privilegia. Promittitur ibi libertas ſacrorum tum Catholicis tum Evangelicis, eo in ſtatu, quo ante bellum fuerat. *Art. IV.* Livoniam concernit Suecicam, omnibusque, qui profitentur in hac provincia religionem Catholicam, abſolutam ſecuritatem & conſcientiæ libertatem pollicetur.

Poſtremo Tractatus anno 1686. cum Ruſſia initus, nonniſi de Græcis agit, atque in eo unice & ſimpliciter cultui ipſorum libertas aſſeritur, nulla injecta mentione munerum & dignitatum.

Denique illud cauſæ ſuæ applicant, quod olim munia publica obierint, de quo nemo eſt qui dubitet. Sed quid tum? A facto ad jus concludere non licet, priusque examinandum, an hæc poſſeſſio innixa juri fuerit, quam jus derivari ex poſſeſſione præterita poteſt.

cunabulis determinatum legibus fuerat. Cumque praeterea in Confoederationibus Catholicos inter reliquasque religiones initis, denominatio *Disſidentium* reciprocam vim haberet, hoc ipſo Catholici renunciarunt religionis cauſa omni ſuperiori auctoritati.

Male prorſus citatur Articulus, quo interdicitur Cancellariis ſignare, quae ex gratia Regis obtinuerint Disſidentes. Deſunt quippe, quae omitti non debuisſent, ipſisſima textus verba: *in praejudicium Catholicorum.* Exceptio, quae continetur in textu legis, non ſolum jura Disſidentium non abolet, ſed eo quoque tendit, ut confirmet quammaxime. Quid, quaeſo, concludi in adverſam partem ex verbis poteſt: *in praejudicium Catholicorum?* Nihil aliud, niſi quoniam Disſidentes numero ſunt pauciores, obſervandam eam in diſtributione munerum esſe proportionem, quae Catholicis detrimenti nihil afferat, alioquin non applicanda a Cancellariis ſigilla esſe. Summa igitur concluſionis huc rediret, partem unam aliquo praeferentiae genere gaudere debere, nullatenus vero, excludendam alteram esſe. Idque clarisſime inde apparet, quod idem Rex Auguſtus II. confirmata ſolemniter et modo conſueto pace et ſecuritate, qua fruendum Disſidentibus esſet, non dubitet diſertis verbis conſervare iis jus ad munia obtinenda, promittens in largienda Senatoria dignitate et Capitaneatibus cum jurisdictione diſtribuendis, ſancte a ſe obſervatum iri, quod factum a Regibus Joanne Caſimiro, Michaele et Joanne III. esſet, nemine a ſpe dignitatum excluſo praeter Mennonitas, Anabaptiſtas et Quakeros.

Usque ad hujus Regis tempora tacite atque pedetentim commisſae uſurpationes erant. Abhinc vero operae pretium non eſt viſum, uti moderatione, pronunciatumque aperte fuit, nihil Disſidentibus in publica munera juris esſe.

Alterum ſuum argumentum a jure nativitatis ducunt. Omnes, inquiunt, Equites Poloni jure ad omnia officia & munera Reipublicæ gaudent. Nos ſumus Equites Poloni. Ergo, &c.

Prima harum propoſitionum in ratiocinando peccat. Omnino nativitas conſtituit Equitem Polonum, ſed duæ adhuc requiruntur qualitates, ut capax ſit dignitatum ordini huic competentium: quarum prima eſt, ut bona terreſtria in Polonia posſideat, altera ut Catholicam profiteatur religionem. Quarum ſi alterutra deſit, reliquarum duarum minor habetur ratio.

Unicam adhuc iis, quæ dicta hactenus ſunt, adjiciamus reflexionem. Exempla aliquando, ubi ſolidiores deficiunt rationes, vim magnam ad animos determinandos habent.

Si aliqua esſet in Europa natio, quæ normæ inſtar Syſtemati Politico applicari poſſet, quod adoptandum Nationi Polonæ proponitur, poſſet forte illa ad imitationem moveri. Sed quocunque demum oculos convertat, videt ubivis religionem dominantem, penes quam ſolam munia ſunt publica. Videt ſtatus, quorum regiminis forma quammaxime ad ſuam accedit, Angliam, Hollandiam, Helvetiam, Genuam, Venetias, in quibus proſpectum legum ſeveritate, ne adminiſtrationi publicæ ſe immiſceant diverſæ

De his in genere uſurpationibus, ſingulatim autem de proſcriptionibus inde ab Auguſto II. factis, conqueruntur jam Disſidentes. Dicere calamitatem, quam perpesſi ſunt, merito iis obtigisſe, idem eſt hac omnia ſubvertere juris principia, taciteque affirmare, nullum ab adverſa parte jus agnoſci, niſi quod a viribus ſuperioribus repetitur.

Nullum in ea re ambitionis veſtigium, poſtulare ſuum ab uſurpatore injuſto. Chimerae loco ſuſpicio ejusmodi habenda esſet, quam Conſtitutiones citatae penitus evertunt. Modus applicandi eas ſponte ruit, ipſisque legibus fundamentalibus Reipublicae refellitur, quae ſortem Disſidentium dudum fixerunt, horumque ambitio in eo unice verſatur, quod executionem iſtarum legum flagitent.

Aequus quisque legislator ſponte rationis ſanae arbitrio ſe ſubjicit, neque ratio ibi obtinet, ubi juſtitia deeſt. Dubitamus vehementer, dici in Republica hominem, qui asſerere de comitiis cum auctore noſtro velit, quod ſint *Deſpota* abſolutisſimus et maxime legitimus. Dantur hujus rei exempla, quod ipſi adeo privati homines ſciant opponere ſe huic Deſpotismo, nec unus eſt modus, isque ſaepius adhibitus, praeveniendi effectus injuſtae deliberationis abſolutae hujus poteſtatis. Longum esſet conquirere exempla, et modos recenſere. Studium profundius hiſtoriae patriae et Conſtitutionis ejusdem rectius Auctorem de his aliisque argumentis judicare docebit. Is autem legislator, poteſtati cujus nullos Auctor ponit limites, an vere adhuc exiſtit, num integer eſt habendus, quamdiu pars non contemnenda civium ab ejus excluditur deliberationibus? Nonne renunciat legislator, privans ſemet parte membrorum propriorum, auctoritati, qua pollet in haecce membra? Contra eos ſine iis pronuncians jus exercet, quod jam amiſit. Jam omnia in ſtatum primitivum et naturalem

religiones. Atque hoc ipſum non absque ratione ſolidisſima fieri exiſtimat ab omnibus hisce nationibus, quæ neque, quod nimium ſibi ſapiant, neque quod levioris ſint animi, a quoquam accuſantur.

Rationes has ſolidas deprehendemus in principiis cujusque regiminis prudentis, cujus in eo verſatur opera, ut, quicquid deflectere attentionem judicis, vel ſententiam dicentis, a ſolo boni publici ſtudio posſit, alienum ſit a conſiliis, ubi de patriæ deliberatur ſalute, vitaque & facultatibus civium. Ignorari autem nequit, partium ſtudium, materia religionis accedente, inevitabilem hunc producere effectum.

Satis quidem experientia ipſa docemur, ſaluberrima conſilia irrita ſententiarum diverſitate fieri, illudque potisſimum in rebuspublicis contingere ſolere, in quibus quo major eſt cujusque ſententiam dicentis auctoritas, eo quoque graviori reſpublica exponitur periculo ſuccumbendi diſcordiæ talis ictibus iteratis. Quod nusquam magis quam in Polonia obtinet, ubi in præſenti rerum ſtatu unius oppoſitio omnium reliquorum evertit conſilia. Quid tum accideret Reipublicæ, ſi poteſtas leges ferendi & adminiſtratio rerum civilium communis diverſis religionibus eſſet?

Alterutrum itaque, quoniam conciliari publicum bonum cum

reſtituuntur, fortior pars ſeparat ſe a debiliori, cujus tamen propterea jura non amittunt vim ſuam, ſed quae libera, independens, ſupraema, aeque ac altera pars, legitimam ſibi permittit defenſionem, et quaecunque per imbecillitatem licent media, adhibet ad finem, quem ſibi praefixit, obtinendum.

Pars ea debilior non apparet in oculis Principum vicinorum tanquam rebellis ſupremae poteſtati, ſed tanquam princeps oppresſus a principe, idque auxilium omne ei latum reddit legitimum et naturae conveniens, neque opus adeo, ut ſponſio pacti ad opem ferendam obliget.

Sed neque, quod tales exiſtant ſponſiones exterorum Principum, conceditur ab adverſa parte, idemque ſinceritatis defectus, qui in citandis Conſtitutionibus Reipublicae, hic quoque in recenſendis tractatibus obſervatur. Plus quam emphatice loqui videtur auctor, cum vinculorum et jugi facit mentionem, quod Tractatus Rempublicam inter et principes exteros impoſuerint Poloniae. Praeterea provocans ad *Art. II.* Tractatus Olivenſis, qui non ſatis diſerte exponere videtur, quam late ſe extendat, ſtudio hoc facit quod ſilentio tegat declarationem Legatorum Suecicorum, perfectae explanationi inſervientem. Quae etiam declaratio acceptata Rege et Natione Polona fuit, cujusque ratificationes (quae ſanctionem cuique tractatui conciliant) unum cum reliquis pacis articulis conſtituunt inſtrumentum. Adjecta hic (lit. G.) apparet declaratio dicta, quod in gratiam facimus noſtri Auctoris.

Succurrit hic reflexio inſtituenda occaſione Tractatus anni 1686. Rusſiam inter et Poloniam. Nondum eo tempore numerus civium Graeci ritus ad eam paucitatem redactus erat, ad quem perſecutio deinceps inſecuta hos miſeros redegit. Stipulatio tunc nulla emolumentorum civilium

ejusmodi partitione nequit, eſt ſtatuendum. Vel religio Catholica, fundamentalis & dominans in republica inde ab anno 964. omnibus ſe abdicet juribus, quibus auctoritatem firmam poſſeſſio legitima annorum 802. conciliare non potuerit. Vel Diſſidentes, cum ipſimet tandem cognoverint, quam parum legitimas res prætendant, ducti generoſo animo, patriæ potius conſulant ſaluti, quam propriæ ſtudeant litare ambitioni.

eſt facta, quoniam probabile non videbatur, quinque provincias florentes huic religioni addictas, quae a pluribus ſeculis partem Reipublicae conſtituerant, excludendas aliquando eſſe, ſed, hoc miſſo, ipſa tamen civilia ſunt tacite incluſa, quando de rebus ad ſacra ſpectantibus praecipue eſt tractatum. Si liberum Graecis competit religionis exercitium, ſequitur, nullam prorſus iis moleſtiam religionis cauſa eſſe creandam. Anne abſurdum eſſet ſtatuere, libertatem ibi conſcientiae obtinere, ubi toleratur quidem celebratio myſteriorum religionis, qua Chriſtianos ſe demonſtrant, tollitur autem id exiſtentiae genus quod homines illos et cives conſtituit. Nonne idem Princeps, qui ſuscepit in ſe ſponſionem libertatis ſacrorum, impedire quoque obſtrictus eſt, quo minus injuria iis ulla ſacrorum fiat cauſa.

Fatetur Auctor quod notum paſſim indubitatumque eſt, poſſediſſe olim Diſſidentes munia publica. Confeſſio tam ingenua in re graviſſima expectari vix ab homine potuiſſet, qui principiis alioquin non adeo dignis laude inſiſtit. Ipſum ſi audiamus, a poſſeſſione ad jus concludere non licet. Quo poſito principio, neſcio quid ſtatuendum de omnibus in Europa ſtatibus eſſet. Neque Imperia neque Reſpublicae ſolidi quidquam aut ſtabilis haberent dum poſſeſſio ſemper fere primi juris habetur loco. Quantus illarum provinciarum numerus, quae, quo teneantur alio Jure, difficile explicatu eſſet! Jus occupationis bellicae, ſi omnino exiſtit, juris non meretur nomen, niſi quia ſuccedit poſſeſſioni. Privatio quoque poſſeſſionis jus non concederet, ſi poſſeſſio ipſa jure careret. Quod ad jus poſſidendi attinet, uſi illo Diſſidentes ſunt et qua homines et qua cives. Haec, niſi vehementer fallor, jura ſunt, quorum robur ſtatus liberi agnoverunt. Si dicat quis: Ego vero qua Catholicus jure utor, is miſcet quadrata rotundis, et Poloniam in monaſterium convertit.

Semper juris ſpecie agitur, cum probandum incumbit, profeſſionem Catholicae Religionis neceſſariam eſſe ad obtinendas dignitates. Quod principium ſi olim jam in republica obtinuit, cur executioni tunc non eſt mandatum, cum Diſſidentes tam multis iisque inſignibus dignitatibus eſſent ornati? Num mutationem ab illo tempore ſubiit ſyſtema Reipublicae? Num cupido abhinc eam invaſit, ſpiritualem, ſi loqui ita fas eſt, induendi naturam!

Exempla allata aliorum ſtatuum liberorum, leges figere Reipublicae nequeunt liberae et a nemine prudenti, quamvis applicari Conſtitutio ſtatuum dictorum Poloniae poſſet, quae tamen eſt diverſiſſima. Apud Batavos et Anglos, ubi Proteſtantium religio libertatis fundamenta renitentibus Catholicis jecit, duae ſunt civium claſſes, quarum prima victores continentur, altera victi. Illi his ſortem fixerunt, qua contenti ſunt, qui ſperare meliorem nequeunt. Auctorem vero idem de Polonia aſſerere velle prorſus non ſuſpicamur.

Expoſitio

Expoſitio introductionis Catholicae Religionis in Polonia eruditionis laude non caret. Sed, quod bona pace Auctoris dictum eſto, Religio Graeca, antiquitate Romanam aequans, ſi cedere huic deberet, aeque ingentem annorum jacturam faceret, octo puta aut novem ſeculorum. Quod ad reliquas tuas attinet religiones, videtur iis duorum ſeculorum antiquitas pari ferme paſſu ambulare cum poſſeſſione 800. annorum, juraque ejus aeque niti ſolidis fundamentis. Praeſcriptio longiſſima centum eſt annorum, quod, ſi quid videmus, nemo negare audebit. Poſtremo videtur Succeſſio quatuor generationum ſufficere ad pronunciandam ſententiam, quae res bonae malaeve mereatur nomen, niſi fortaſſis ſomno profundo omne illud tempus fuerit transactum.



Hist Polon

6, spä